

- CLXVII. Augustinus Festo, docens, *rectè legibus sanari Donatistas,* & indicans, in regione Hipponensi nondum eos Festi literis correctos; sed adhuc intolerabiliter grassari.
- CLXVIII. Augustinus Eusebio narrat immane factum juvenis, qui matrem cedere solitus, demum & mortem minatus, transiit ad *Donatistas,* & ab illis iteratò baptizatus est. Rogat, ut causa presbyteri cujusdam placidè tractetur apud graves viros.
- CLXIX. Augustinus Eusebium hortatur, ut curet, ut, admonito Proculiano, non ferendam clericorum suorum *licentiam* coerceat; alioqui se Romam rem delaturum.
- CLXX. Augustinus Severino, consanguineo suo, qui videtur fuisse *Donatista,* detestatur *schisma scelestum & impudens.*
- CLXXI. Sub persona Ecclesiæ catholicæ cohortatur omnes *Donatistas,* ut resipiscentes redeant ad communionem.
- CLXXII. Augustinus Crispinum, *Donatistam,* urget, propositis breviter aliquot argumentis, ad ea, si potest, *respondeat* per literas.
- CLXXIII. Expostulat cum Crispino, qui quosdam mercede attractos *rebaptizarat,* adjurans illum, ut ad objecta *respondeat.*
- CLXXIV. Augustinus Pascentio, Comiti hæreseos Arriana, qui in professione fidei eluserat, ac post jactarat, Augustinum ab ipso superatum, scripto reddidit rationem fidei suæ, *de tribus personis & uno Deo, deq; verbo hominis.*
- CLXXV. Augustinus Pascentio, de eadem re, urgens, ut explanet fidem suam.
- CLXXVI. Pascentius Augustinum contumeliosè compellat, urgens, ut proferat, *quis è tribus personis sit unus Deus;* ad conflictum sub arbitris provocans.
- CLXXVII. Augustinus Pascentio respondet, *Deum unum* profiteretur,
)()()()(trifor-